Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



pauper ego sum et tormentum perturbatum est mihi a me Sicut umbra
cum declinat ablatus sum et excussus sum sicut locusta Genua
mea infirmata sunt a ieiunio et caro mea immutata est propter
oleum Et ego factus opprobrium illis iniuerunt me et moueruntque
capita sua Adiuua me domine deus meus saluum me fac secundum
misericordiam tuam Et sciant quia manus tua hec et tu domine fecisti eam Ma
ledicent illi et tu benedices qui insurgunt in me psudabit autem seruus tu
us letabitur Induant qui detrahunt michi pudore et operiant
sicut diploide confusione sua Confitebor domino nimis in ore meo
et in medio multorum laudabo eum Quia astitit a dextris pau
peris ut saluum faceret a persequentibus animam meam Gloria an.
Confitebor domino nimis in ore meo Ps. Domine exaudi orationem meam
et clamor meus ad te veniat Benedicamus. Benedicat nos dominus
et custodiat nos Ad tam V. Ostendat dominus faciem suam nobis et mi
sereatur nostri Ad tam. Conuertat dominus vultum suum ad nos et det
nobis pacem Ad laudes an. Benigne fac in bona voluntate
tua domine ps. Miserere. a. Bonum est confiteri domino ps. Idem a.
Meniam domini oculis fines terre ps. Deus deus meus ad te
mane seruus sum domini misereberis ps. Audite celi a. In cymbalis bene sonantibus lau
date deum ps. Laudate dominum Ymn. Aurora iam spargit. v. Sepe
nunc mane. sic. Vn. a. Illumina domine hos qui in tenebris
sedent ad dirigendos pedes nostros in viam pacis deus israel.

Dominicis diebus ad vs psalmus.

Dixit dominus domino meo sede a dextris meis do
nec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum
Virgam virtutis tue emittet dominus ex syon
dominare in medio inimicorum tuorum Tecum
principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum ex utero
ante luciferum genui te Iuravit dominus et non penitebit
eum tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech
Dominus a dextris tuis confregit in die ire sue reges Iu